INDEX LECTIONUM
IN
LITERARUM UNIVERSITATE TURICENSI
INDE
A DIE XII. MENSIS OCTOBRIS MDCCCLVII
USQUE
AD DIEM XIII. MENSIS MARTII MDCCCLVIII
HABENDARUM.

Rector magnificus: ARMINIUS KÖCHLY, Dr.

I. Ordinis Theologorum.

Decanus: A. E. Biedermann, V. D. M.

1. *Professorum ordinariorum.*

F. Hitzig, Dr. Theol.

1) Genesin quinis per hebdomadem horis interpretabitur.
2) Antiquitates hebræo-judaicas quater p. h. illustrabit.
3) Exercitationes V. T. exegeticas binis horis moderabitur.
4) Linguae Aramaicae rudimenta singulis horis tradet.

A. Schweizer, Dr. Theol.

1) Jesu vitam quaternis horis enarrabit.
2) Artem homileticam bis p. h. docebit.
3) Exercitationes homileticas binis horis moderabitur.

O. F. Fritzsche, Dr. Theol.

1) Pauli epistolas ad Colossenses et ad Philippenses missas binis horis explicabit.
2) Historiae ecclesiasticae partem priorem sexies p. h. enarrabit.
3) Chrysostomi epistolas ad Olympiadem scriptas binis horis explanabit.

C. Schlottmann, Licent. Theol.

1) Psalmos quinis horis, et
2) Epistolam ad Hebraeos datam bis p. h. interpretabitur.
3) Theologiam philosophicam binis horis, et
4) Artem dogmaticam quinquies p. h. tradet.

2. *Professoris extraordinarii.*

A. E. Biedermann, V. D. M.

1) Utramque epistolam ad Corinthios scriptam quaternis horis exponet.
2) N. T. theologiam binis horis illustrare perget.

3. *Privatim docentium.*

J. C. Usteri, Pastor Kilchberg.

1) Pauli utramque epistolam ad Thessalonicenses missam bis p. h. interpretabitur.

2) De patribus ecclesiasticis semel p. h. disputabit,
3) Archaeologiam christianam binis horis tradet.

G. Volkmar, Dr. phil.

1) Evangelium Joannis quaternis horis explicabit.
2) Recentissima ecclesiae tempora enarrabit enarrata cum commilitonibus repetet bis p. h.

C. Egli, Dr. phil.

1) Jeremiae prophetae vaticinia quater, et
2) Selectos Ezechielis prophetae locos bis p. h. interpretabitur.
3) Evangelium Marci ternis horis explanabit.

II. Ordinis Jureconsultorum.

Decanus: Ed. Osenbrüggen, Dr.

1. Professorum ordinariorum.

Ed. Osenbrüggen, Dr.

1) Processum civilem Germanicum communem quinis horis docebit.
2) Processum criminalem Germanicum Anglorum et Francogallorum rationem puniendi comparaturus quinquies p. h. tradet.
3) Practicum ad jus criminale spectans binis horis moderabitur.

Jod. Temme, Dr.

1) De jure criminali Germanico praecipuam codicum poenalium Helveticorum rationem habiturus sexies p. h. exponet.
2) Practicum ad processum civilem pertinens binis horis moderabitur.
3) De varia carcerum apud varias gentes ratione bis p. h. disseret.

J. Rüttimann, Dr.

1) Juris privati Turicensis partem priorem s. generalem, quae est de jure familiarum ac rerum, quaternis horis tractabit.
2) De pagorum Helveticorum jure ad rempublicam spectante bis p.h. disputabit.

H. Dernburg, Dr.

1) Pandectas juris Romani denis horis explanabit.
2) Exercitationes practicas ad jus pandectarum pertinentes binis horis moderabitur.

2. Professorum extraordinariorum.

H. Escher, Dr.

1) Jus publicum commune quater, et
2) Jus criminale Turicensium toties p. h. tradet.
3) Argumentationis historicae ratione quomodo utendum sit in processu et civili et criminali, binis horis exponet.

J. Hillebrand, Dr.

1) Jus privatum Germanicum cum jure negotiationis ac feudorum senis horis docebit.

2) Quo ambitu et qua ratione studia juris prudentiae tractanda sint, binis horis declarabit.
3) Jus ecclesiasticum ter p. h. tradet.

H. Fick, Dr.

1) Jus negotiationis quater, et
2) Jus cambiale bis p. h. docebit.

3. *Privatim docentium.*

H. de Marschall.

1) Negotiationis atque opificiorum historiam ac rationem ternis horis illustrabit.
2) Statisticen quae dicitur bis p. h. explicabit.

J. H. Hotz, accusator publicus.

1) Jus criminale quaternis h., et
2) Processum criminalem totidem horis tradet.

A. de Orelli, Dr.

1) Juris ad Helvetiorum confoederationem spectantis historiam a primis inde fœderibus ictis usque ad annum 1815 ternis horis deducet.
2) Jus cambiale commune praecipuam legis cambialis apud Helvetios nuper latae rationem habiturus binis horis tradet.
3) De jure privato Turicensi bis p. h. commilitones examinabit et exercitationes practicas instituet.

E. Escher, Dr.

Selectas juris Francogallorum civilis partes ternis horis pertractabit.

III. Ordinis Medicorum.

Decanus: H. Meyer, Dr.

1. *Professorum ordinariorum.*

H. Locher-Zwingli, Dr.

1) Chirurgiam quaternis horis, et
2) Artem vulnera ligandi binis horis docebit.
3) Clinicen chirurgico-ophthalmiatricam sexies p. h. moderabitur.

H. Lebert, Dr.

1) Clinicen medicam senis horis moderabitur.
2) Pathologiam et therapiam specialem totidem horis tradet.

H. Frey, Dr.

1) Anatomiam generalem s. doctrinam de corporis humani elementorum formis atque compositione chemica quinquies p. h. tradet.
2) Exercitationes microscopicas binis horis moderabitur.
3) Generationis physiologiam semel p. h. dilucidabit.
4) Zoologiae partem priorem quinis horis docebit.

JAC. MOLESCHOTT, DR.

1) Anthropologiam h. e. universam de hominis natura doctrinam omnium ordinum auditoribus accommodate tradet, quinis horis.
2) Exercitationes et perscrutationes physiologicas denis horis instituet.

H. MEYER, Dr.

1) Anatomiam hominis physiologicam decies p. h. explicabit.
2) Exercitationes corpora secandi una cum A. Fickio Prof. moderabitur.
3) Rationem compagis ossium physiologicam et pathologicam singulis horis exponet.

2. *Professorum extraordinariorum.*

J. LOCHER-BALBER, Dr.

Pharmacologiae specialis alteram partem medicamenta praecipua demonstraturus et artem formulas medicas rite concipiendi exercitationes practicas moderaturus senis horis tradet.

H. GIESKER, Dr.

1) Cursum operationum in oculis faciendarum bis p. h. instituet.
2) Policlinicen chirurgico-ophthalmiatricam quater moderabitur.

A. FICK, Dr.

1) Osteologiam et syndesmologiam ternis horis, et
2) Anatomiam topographicam totidem horis docebit.
3) De rebus anatomicis commilitones quater p. h. examinabit.

A. L. CLOËTTA, Dr.

1) Medicinam forensem et quomodo civium valetudini atque saluti publice prospiciatur, ternis horis docebit.
2) De toxicologia binis horis exponet.

3. *Privatim docentium.*

H. SPÖNDLI, Dr.

1) Clinicen obstetriciam ternis horis moderabitur.
2) Quo pacto ars obstetricia exercenda sit, phantomate adhibito binis horis ostendet.
3) Cursum operationum obstetriciarum semel p. h. instituet.

F. ERNST, Dr.

1) Policlinicen medicam ter p. h. moderabitur.
2) Dermatologiam aegrotos cute laborantes auditoribus demonstraturus binis horis tradet.

J. F. HORNER, Dr.

1) Cursum operationum in oculis faciendarum binis horis moderabitur.
2) De morbis interiorum membranarum et nervorum oculi speculi ocularis usum simul exercendo demonstraturus bis p. h. disputabit.

IV. Ordinis Philosophorum.

Decanus: A. L. Kym, Dr.

1. Professorum ordinariorum.

A. Müller, Dr.

1) Mathematica pura puta quaternis horis docebit.
2) Geometriam subtiliorem, imprimis tertii ordinis curvas, totidem horis explanabit.
3) Mechanica quater, et
4) Astronomiam audientium cujusque modi intellectui accommodate bis p. h. tradet.

J. J. Hottinger, Dr.

Lectiones si quae erunt postmodo indicabit.

H. A. Th. Köchly, Dr.

1) Aristophanis vitam atque artem binis horis omnium ordinum auditoribus accommodate enarrabit.
2) Homeri Odysseam universa quae de Homero agitatur quaestione exposita atque dijudicata ternis horis interpretabitur.
3) Selectas Horatii odas et epodos ter p. h. explicabit.
4) Seminario philologico-paedagogico praefectus exercitationes et philologicas varii generis binis horis et exegeticas Demosthenis orationes Olynthiacas interpretandas propositurus totidem horis moderabitur.

A. Schmidt, Dr.

1) Universam aetatis mediae historiam quinis horis ita enarrabit, ut artium literarumque paullatim excultarum rationam habeat.
2) Regni Francogallici ante rerum conversionem a. 1789 coeptam qui varias post vices status exstiterit, bis p. h. explicabit.

O. Heer, Dr.

1) Botanicen pharmaceuticam ternis horis docebit.
2) De plantis antediluvianis ter, et
3) De insectis fossilibus bis p. h. disputabit.

A. Escher von der Linth, Dr.

Scholas si quas habiturus erit postea indicabit.

Staedeler, Dr.

1) Chemiam anorganicam quaternis horis, et
2) Stoechiometriam binis horis tradet.
3) Practicum ad res chemicas spectans sexies p. h. moderabitur.

J. L. Raabe, Dr.

1) Calculi differentialis et integralis rudimenta quinquies p. h. tradet.
2) Exercitationes ad calculum differentialem et integralem spectantes semel p. h. instituet.

3) Qua ratione calculo differentiali atque integrali in geometria utendum sit, binis horis demonstrabit

Fr. Vischer, Dr.

1) Recentioris poëseos Germanicae historiam ternis horis enarrabit.
2) Doctrinam de artibus s. tertiam aesthetices partem ternis quaternisve horis tradet.
3) Exercitationes ex tempore vernacule loquendi bis p. h. moderabitur.

A. Mousson, Dr.

1) Physica experimentis illustrata senis horis docebit.
2) Res physicas cum commilitonibus horis postea constituendis retractabit.

A. L. Kym, Dr.

1) Artem logicam et metaphysica ternis horis tradet.
2) Philosophiae historiam a Cartesio initium facturus usque ad Kantium deducet, totidem horis.
3) De philosophia Aristotelea quater p. h. exponet.
4) Exercitationes philosophicas binis horis moderabitur.

Clausius, Dr.

1) Physica universa et de calore doctrinam quater p. h. tradet.
2) Acustica et optica mathematicis firmata quaternis horis tractabit.

Kenngott, Dr.

1) Mineralogiam senis horis docebit.
2) Res mineralogicas bis p. h. cum commilitonibus retractabit.

2. *Professorum extraordinariorum.*

H. Schweizer, Dr.

1) Taciti Germaniam ternis horis interpretabitur.
2) Exercitationes libri Theodisci a Guil. Wackernagelio editi exegeticas semel p. h. moderabitur.
3) Linguam Sanscriticam singulis binisve horis docere perget.

J. Frei, Dr.

1) Aeschyli Agamemnonem ternis horis, et
2) Plauti Trinummum totidem horis explicabit.

H. Behn-Eschenburg, Dr.

1) De fabularum Romanensium apud Anglos historia anglico sermone usurus binis horis disputare perget hoc nostrum saeculum complexurus.
2) Shakspearii fabulam quae Hamlet inscribitur in vernaculum sermonem convertet et illustrabit bis p. h.
3) Exercitationes anglice et loquendi et scribendi binis horis moderabitur.

A. S. Vögelin, Dr.

1) Pindarum ter p. h.,
2) Aeschyli Septem bis, et
3) Platonis Reipublicae selectas partes bis p. h. interpretabitur.

Ed. Schweizer, Dr.

Chemiam universam (anorganicam et organicam) quinis horis tradet.

W. de Deschwanden, Direct. Polyt.

1) Et lapidum sectionem structuris aptam et praeterea alias quasdam geometriae delineantis partes quaternis horis tractabit.
2) Artis quae dicitur perspectiva et doctrinae de umbris partem priorem ter p. h. tradet.

R. Wolf, Dr.

Astronomiae rudimenta binis horis docendo totidemque horis commilitones exercendo tradet.

L. Ettmüller, Dr.

1) Selectos libri qui «Dietrichs altnordisches Lesebuch» inscribitur locos bis p. h. interpretari perget.
2) Nibelungiadem Lachmanni editione usurus binis horis explanabit.
3) Poëma «Reinaert de Vos» inscriptum editione ab J. F. Willems Gandavi 1836 curata usurus totidem horis explicabit.

3. *Privatim docentium.*

C. H. Graeffe, Dr.

1) Rationales superiorum ordinum æquationes quomodo numeris definitis solvi queant, binis horis, et
2) Quo pacto minima quaeque quadrata reperiantur, ternis horis docebit.

J. H. Vögeli, Dr.

Rerum altero saec. XVIII. dimidio gestarum scriptores, qui quidem iisdem ipsi temporibus vixerunt, ternis horis recensebit dijudicabitque.

Fr. Gidoni.

De futura populorum Europaeorum sorte Francogallico sermone usurus binis horis disseret.

D. Fehr, Dr.

1) Psychologiam ternis horis tradet.
2) Philosophiae historiam inde a Kantio usque ad Hegelium bis p. h.,
3) Artium in imaginibus fingendis versantium historiam binis horis, et
4) Literarum Germanicarum historiam ad medium usque saec. XVIII. singulis horis enarrabit.

G. de Wyss, Dr.

Res Helvetiorum usque ad illud tempus quo sacra emendari coepta sunt gestas bis p. h. enarrabit.

J. C. Hug.

1) Mathematica libro a se edito usurus quaternis h., et
2) Calculum differentialem et integralem ternis horis docebit.

O. H. Jaeger, Dr.

1) Ethicen aut, si auditores maluerint, anthropologiam ternis horis tradet.

2) Quae cognoscendi sit in animo humano vis et ratio inprimis ad Dei atque libertatis humanae notiones concipiendas, tribus horis exponet.
3) Exercitationes in Platonis republica interpretanda versantes bis p. h. moderabitur.

C. Kramer, Dr.

Botanicen universalem horis postea constituendis docebit.

A. Rochat, Dr.

1) Grammaticam Anglo-saxonicam binis horis publice docebit simulque exercitationes exegeticas Ettmülleri chrestomathia usurus moderabitur.
2) Grammaticam libri « Dietrichs altnordisches Lesebuch » inscripti bis p. h. publice docebit et exercitationes exegeticas moderabitur.

S. Schwendener, Dr.

1) Botanices universalis et specialis capita quaternis horis exponet.
2) De lichenibus res microscopicas demonstraturus binis horis disputabit.

Privatim docens Chr. HEUSSER Dr. cum commeatu abest.

Iis qui linguas recentiores, ut Francogallicam, Italicam, Anglicam, Hispanicam discere cupierint, haud deerunt praeceptores.

Artes docebunt: rudibus batuendi J. G. Ludwig, equitandi C. Schnabel, delineandi C. A. Müller. Musicas artes discendi ampla est opportunitas.

Publica docendi discendique subsidia.

Instituto medico-clinico praeest H. Lebert, chirurgico-clinico J. Locher-Zwingli, maiocomio hoc quidem tempore H. Spöndli, clinico-ambulatorio H. Giesker et F. Ernst, laboratorio chemico Städeler. Praesto est apparatus instrumentorum ad physica et mineralogiam pertinentium, et museum zoologicum, nec deest hortus botanicus.

In seminarium philologico-paedagogicum recipi poterit, quisquis nostrae universitatis civis et examen pro maturitate rite subierit et per duos pluresve semestres cursus in aliqua literarum universitate scholis philologicis diligenter interfuerit. Qui igitur admitti volent, libellos cum documentis necessariis ad V. Cl. Koechlyum Prof. h. t. seminarii directorem intra d. V. mensis Octobris mittant. Tribus sociis, qui diutissime hoc in seminario versati fuerint, stipendia Fr. 200, Fr. 150 et Fr. 100 proposita sunt. Seminarii leges aut apud eius directorem aut apud cancellarium senatoris eius, qui scholis regundis praeest, a petentibus accipi possunt.

Bibliotheca reipublicae Turicensis, bibliotheca civium Turicensium, bibliotheca naturae scrutatorum, bibliotheca societatis medicorum, bibliotheca societatis jureconsultorum publicis usibus ita patent, uti singularum leges atque instituta concedunt.

Quæstiones in annos 1857 et 1858 cum præmiis propositae

A. Ab ordine Theologorum:

Quae Zwinglii de evangelici magistratus officiis atque juribus ecclesiasticis doctrina fuerit, exponatur et de ea judicium feratur.

B. Ab ordine Philosophorum:

De loci alicuius palaeontologiae habita ratione haud negligendi plantis fossilibus exponatur ita, ut quaecunque ibi repertae sint eae non solum enumerentur, sed etiam cum similibus et aliorum ejusdem illius antiquitatis locorum et hujus nostri temporis plantis comparentur.

